

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De quarto gradu spiritualis profectus eorundem, circa abnegationem
proprij iudicij. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

¶ par. vii. Ne ergo se tantis bonis priuaret, hæc sanctissima virgo, ne quidem Spiritum sanctum desiderabat, desiderio, et si bono & pio, orto ex pro-

priâ voluntate. Ideò dicebat: *Nolo illum desiderare, ex me ipsâ, tamquam à me ipsâ: quia nolo habere vnum desiderium, & audebo dicere, in dico, quamvis illud desiderium ipse mibi daret, vt per illud mea voluntas fieret, & non illius, tamquam illius, & non tamquam mea; etiam si in hoc esset eis voluntas, sed illa non esset principaliter, imo totaliter eius; nullo modo velle esse contenta. Tanti facio non posidere, neque virtus tamquam meo, quod ei seni donauit, & volo ut sit totum suum, ut possim dicere cum omni veritate: In omnibus fiat voluntas tua. Dico de mea voluntate & de meo desiderio. Atque ita, bonum, quod ad me non venit per hanc viam, pure solum diuine voluntatis, non mihi videtur bonum, & potius eligere, & ita opto, non habere, vnum alius bonum, nisi hoc, quod tamen est eius.*

Relinqueret totum meum velle, & desiderium meum in ipso, potius quam habere quodvis aliud domum, solum per meum desiderium, & per meum velle. Quocirca, ut monet Thomas de Kempis, dicendum est

Deo, verbis cordis: Domine, tu sis, qualiter melius est, siat hoc, ut illud sicut voluntas. Da quod vis, & quantum vis, & quando vis. Fac mecum sicut vis, & sicut sis. & sicut tibi magis placuerit, & maior honor tuu fuerit. Pone me, vbi vis, & liberè age mecum in omnibus: in manu tua sum, gryra & reuersa me per circuitum. En seruus tuus ego, paratus ad omnia. Qui sic constitutus est, & in occasionibus talen se exhibet, habet abnegatam propriam voluntatem. Alioqui, si talis sit, sepè coniiciet se in periculum salutis. Ponderauit hoc grauiter S. Macarius.

Sicut, inquit, seruu, qui ad palatium aliquod accesserit, ut tractet sapientilem, ministerum Regis deputatum, summa prudenter ac discreione opus habet, in quid prater decorum minister, alia pro aliis esculentia, apponens mensa regis, qui si forè per ignorantiam, & sine discrimine, non ex ordine Regi ministrauerit, periclio mortis sit obnoxius. Sic & anima, qua per gratiam & spiritum Deo seruus, non parvâ discreione, & prudentiâ opus habet, ne fallatur in sapientiali diuina, nempe in ministerio spirituali, propriam habens voluntatem, gratia (per Superiores declarata) non consentientem. Nam fieri potest, ut in spirituali ministerio, quod per interiorum hominem clam peragitur, anima, ex propriâ susceptibili, hoc est, spiritu proprio, Dominu ministeret.

Talem animam, manet supplicium, mors & ludus: quod diuinus etiam Apostolus dixit: Ne forè cum aliis predicatorum, ipse reprobus efficiat. Obscurus igitur Deus, ut quicumque gratiam Dei consecuti sumus seruitus eius, secundum voluntatem eius exhibeamus: promptissimâ voluntate, ut hoc modo, illi gratissimo, conuersantes, & spirituali cultu, secundum voluntatem illius seruientes, vitam eternam hereditario iure possideamus. Hoc autem praestat, per-

fecta obedientia, de qua hæc scribit B. Catharina Bononiensis, in libello Dei iussa conscripto:

Quis dabitare potest de sua salute, si finiat vitam in obedientiâ, que plus similem facit Domino suo Christo,

quam villa alia virtus. Credat firmiter se melius salvandum per illam, quam villam paenitentiam, ieiunium, & quamvis contemplationem. Qui autem aliena voluntati obedit semper, veram obedientiam habet, & voluntatem abnegavit propriam, estque assecutus, altum hunc profectus & perfectionis gradum.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De quarto gradu profectus spiritualis eorumdem, circa abnegationem proprij iudicij.

Quartus gradus est, abnegatio proprij iudicij.

Signum profectus in hoc est, si quis in tertio anno, apud se inuiolabiliter statuat, iudicare deinceps optima, & sibi conuenientissima, ac debita, omnia illa, quæcumque ei totâ vitâ eius contingent, circa occupationes, gradus, loca, habitationes, & circa alia omnia, quæ à Superiorum voluntate pendent. Hoc commendat, S.

Hieronymus Rustico Monacho: Prepositum istum, apud se inuiolabiliter statuat, iudicare deinceps optima, & sibi conuenientissima, ac debita, omnia illa, quæcumque ei totâ vitâ eius contingent, circa occupationes, gradus, loca, habitationes, & circa alia omnia, quæ à Superiorum voluntate pendent. Hoc commendat, S.

meas, ut dominum, diligas ut parentem: credas salutare, quidquid ille præcepit, nec de maiorum sententiâ iudices, cuius officij est obedire, & implere que iussa sunt.

Nam, ut ait S. Gregor. Vera obedientia, nec Prepositum intentionem discenti, nec præcepta discernit, quia qui omne vita sue iudicium, Superiori subdit in hoc saeculo, gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur: ne sit enim iudicare, qui quis perfectè didicis obedire. Cur Causa indicat, in Monachorū Ægyptiorum obedientiâ Cassianus: Sic viuenda complere, quæcumque sue- 1.4. inst. rint à Preposito præcepta, tanquam à Deo sint calitus cap. 10.

edita, sine villa discussione festinante, & nonnumquam etiam impossibilitate, sibi met imperata, tâ fide ac deuotione suscipiant, ut totâ virtute, ac sine villa, hec statio ne, perficere ea nitantur: & ne impossibilitatem quidem præcepti, pro senioris sui reverentia, metiuntur. De talibus est S. Benedicti in Regula: Mox ut impeta-

tum à maiore fuerit, ac si diuinum imperetur, moram pati nesciunt in faciendo: de quibus Dominus dicit: ab Psal. 18. auditu auris obediunt mibi. Similia docet S. Basilii, S. Bernardus, Cassianus. Vnde S. Thomas, 2.2. explicans dictum S. Benedicti, dicentis: Tentant Bern. 1. de dum esse, si Prelatus aliquid impossibile præcepit: præc. hoc inquit, id est dicit: quia an aliquid sit possibile sub Cal. 4. cap. 41. ditus non debet suo iudicio definire, sed in unoquoque 1.2. q. 1. Superioris iudicio stare. In Vitis Patrum, libro de a. ad 3. humilitate, Abbas Nestero ingressus religio- pag. 651. nem, hoc apud se statuit: Ego & affinis vnum sumus: post hac debo esse sicut ille: quidquid ei imponitur hoc portat, & sine mō quidem, non petens quare, aut ad quem finem. Hunc imitemur, & cum Davide, psal. 71. quilibet nostrum dicat: Ut iumentum factus sum 23. apud te, & ego semper tecum. Quod in bonam partem accipit S. Hieronymus, & S. Augustinus: id in Com. est,

est, inquit Bellarminus: obedere tibi sine contradictione statui, & onus quodcumque portare decreui, & à fide, & à charitate tuâ non recedam. Hoc confitit abnegatio iudicij. Ideo Cassianus ait: Stultum te, secundam apostoli sententiam, facias in hoc mundo, ut sis sapiens, ubi scilicet discernens, nihil dudicanus, ex his que fuerint tibi imperata, sed cum omni simplicitate ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud utile, illud sapiens esse iudicans, quidquid tibi, vel lex Dei, vel senioris examen indixerit. Tali enim institutione fundatus, sub hac disciplina, poteris durare perpetuè, & de cœnobia, nullis tentationibus innici, nullis factionibus deuoleris. Imò multis Dei donis repleberis. Nam vti docuit Christus in nocte, Iustus Dominus B.M. Magdalena nam de Pazzis: Inter impedimenta donorum Spiritus sancti, non tantum sunt ea peccata, qua Deum expellunt ex anima, sed & propria voluntas, & proprium iudicium eorum, qui modo sua volunt seruire Deo. Qui quidem desiderant Spiritum sanctum, sed eum desiderant eo modo, qui illis placet, & qui illis videtur, & sic se reddunt inhabiles, ad percipendum eum, qui est, tanquam hamus quidam, quo Deus vult capere animam, ex se adeo vietum.

205. Claudam hoc caput, pio quodam sensu, ac lumine, quod habuit sanctæ memorie, P. Ludouicus de Ponte, in quibusdam Exercitiis spiritualibus, dum ea fecit, & quod scriptum reliquit, in quodam suo memoriali, citato in vita eius manuscripta: ex quo, pro abnegatione propria voluntatis & iudicij, apta peti possunt monita: Abnegationem perfectam cognovi, in magnâ vigilantiâ ad sentiendum motus inordinatos anima, & ad reprimendum statim, & castigandum nos pro illis. Sicut fortia miles, viso hosti euro aggreditur, & necat, & timorem incutit aliū ne accedant: ita est genus pie-tatis in hac parte secum esse crudele.

Haec motum inordinationes rediguntur ad quadratu.

Prima inordinatio est in cogitationibus, & imaginacionibus de rebus noxicis, vel vanis, vel impertinentibus illo tempore, vel cum nimia sollicitudine.

Secunda est in affectionibus, & volitionibus rerum prohibitarum, ut sunt: affectio superbia, ira, inuidia, & aliae, vel quoad modos prohibitos, vti est turbatio, vel inquietus propenso, ad concionandum, sciendum, & circa officium proprium.

Tertia est in repugnantibus erga opera virtutum, cum rapiditate annexa, circa illa: vti sunt opera, cultus diuinus, obedientia, amoris proximorum.

Quarta est, libertas sensuum, in videndo, audiendo, loquendo, exequendo ad has res, ex curiositate, vel impetu, vel libertate, &c.

Quod si in his quatuor generibus inordinationum, me mortificabo, & negabo, tollam impedimenta uniuersum cum Deo, & perfice familiaritatem cum illo, & potero dicere: Introduxit me Rex in celum, etiam ordinavit me in charitatem. Hæc ille.

Atque ita etiam per examina, harum quatuor inordinationum, poterunt cognoscere qui

vollerint, an & quantum, in abnegatione huius proficerint.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De quinto gradu spiritualis profectus, qui est maior Dei cognitione.

Quintus gradus est, maior Dei cognitione.

Signum profectus in eâ est, si quis agnitus Dei excellentia, absoluta & respectiva, hoc est beneficentia eius erga nos multiplici, nunc agnoscat melius turpititudinem peccati cuiusvis etiam leuisissimi, quo Deus offenditur: obligacionem quarendæ omnimea perfectionis, ob Dei gustum & gloriam: præsertim, quam accuratè sint omnia peragenda, que spectant ad Dei tam excellentis cultum, & ad exequendam Superiorum, Vicariorum Dei voluntatem, & quam grati esse debeamus Deo, ob totius beneficia & immediate ab eo, & mediis creaturis collata. Nam vt scribit S. Antonius Abbas ad Arsenioitas. Qui cognoverit Deum, agnosceret & dispensationes illius, quas efficeret in propriis creaturis: tam Arsenio, in earum, tum in nostrum commodum. Et alibi: Qui tas cognoverit Deum, hunc adorare debet, sicut operari. Hæc enim omnia ad Deum referuntur, & eius epistola, melius colendi, ac præcepta perfectius exequendi studio, horum cognitione quarenda est. Scimus, inquit S. Ioannes, quoniam cognovimus eum, si manu data eius obseruamus: qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Tali cognitioni & scientie Dei, illud conuenit, quod scribit S. Bernardus. Scientia ista, in primo gradu, operatur penititudinem & dolorem, ut ipsam Domini in lucum, cantum in planctum, gaudium in mærorum convertat: & incipiant tibi displicere, que vehementer antea placuerunt: & illa specialiter horreas, quæ fratraliter appetebas. Sic enim scriptum est: Qui addit scientiam, addit & dolorem, ut veracius & sancta scientia, sit dolor subsequens argumentum. In secundo vero gradu, operatur correctionem, ut iam non exhibeat membra tua, armia iniquitatis peccato: sed coerces gulanum, iugules luxuriam, superbiae deprimes, & facias seruire corpus sanctitati, quod iniquitatibus ante serueriat. Perit enim, sine correctione non proderit, sicut Sapiens ait: Vnde edificans, & vnu destruens, quid prodest eis nisi labori, qui enim baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, nihil proficit lauatio eius. Sed quia hoc diutius haberi non possunt, nisi circa se multa circumflexione, mens indecessa vigileat & attenderat. In tertio gradu operatur sollicitudinem, ut iam sollicitus incipiat ambulare cum Deo suo, & ex omnipe parte scrutetur, ne vel leuisissima re, tremenda illius Majestatis offendatur aspectus. In penitidine accenditur, in correctione ardet, in sollicitudine lucet, ut interior & exterior renouetur. Denique per hanc maiorem cognitionem Dei, generosus redditur animus,

ad